

VERGILII VITA DONATIANA.

P. Vergilius Maro Mantuanus parentibus modicis fuit ac
praecipue patre, quem quidam opificem figulum, plures Magi
cuiusdam viatoris initio mercennarium, mox ob industriam
generum tradiderunt egregiaeque substantiae silvis coemendis
et apibus curandis auxisse reculam. natus est Cn. Pompeio 5
Magno M. Licinio Crasso primum coss. iduum Octobrium
die in pago, qui Andes dicitur et abest a Mantua non procul.
praegnans eum mater somniavitenixam se laureum ramum,
quem contactu terrae coaluisse et excrevisse ilico in speciem
maturae arboris refertaeque variis pomis et floribus, ac se- 10

*Excerptum e vita Vergilii Donatiana, quod exstat in
codd. C et K. (v. p. VIIIssqq.).*

pregnans eius mater somniavit se laureum ramumenixam et 8
eum tacta terra coaluisse et excrevisse ilico in spem (*K*, in
spem *C*) maturae arboris refertae variis pomis et floribus;